

Mythologia, Venise, 1567 - VII, 10 : De Tereo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 10 : De Tereo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 11 : De Teree](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 10 : De Teree](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VII, 10 : De Tereo, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/907>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Térée](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

ptum in vincula ad Cithyrum conieatum, quem sinem omnes propè illegitimi libidines fortiantur. At nunc dicatur de Tereo.

De Tereus.

Cap. X.

Tereus Martis & nymphæ Bistonidis filius, grauiissimum & ipse supplicium fabiuit ob immoderatam libidinem: quippe cum non a patria solum profugere coactus sit, sed etiam humanâ figuram in formam avis commutauerit. Hic Pandionis Athenarum Regis & Zeuxippes filiam Prognem uxorem duxit, cum ipse Thracie & Phocidi imperaret. Fama diu inuauit apud Phocenses, ut in eorum rebus scripsit Pau. Philomelam in aeuem sui nominis apud ipsos ob Terei timorem fuisse mutatam. Res autem ita se habuit, ut tellatus est Ouidius lib. 6. Metamor. Fertur Tereus assiduis propè precibus Progne impulsus ad sororem Pandionem aliquando contendisse, illumineque rogasse ut secum Philomelam ad viendam sororem mitteret: quod cum facile à Pandione impetrasset, vapote qui virum bonum & temperantem generum suum arbitraretur. Tum ferunt in itinere Tereum cum ad Parnasi urbem Daulidem aduenisse, in amorem Philomelam iocidisse, quā etiam per vim denum vitiauit, cum illa libidini Terei diutius reluctaretur. Enimvero ne illa pollea tam turpe facinus, & impurum soroci, vel alteri cuiquam indicaret, illi linguam præcidit, ac mortuam esse in itinere sorori Progne nuntiavit. Deinde Philomela rem clam per nuntios suo sanguine scripsit ad sororem misit; vel potius, ut sensit Nicocrates, acu pictam ad illam clam deferendam curauit. Id agere ferens Progne, facinusque tam atrox non impare comiissum esse oportere rata, filium Itym, quem unicum habebat Tereus, coctum epulandum patri apposuit. Deinde cum Tereus Itym aduocaret, extremas corporis partes Progne Tereo ostendit, cumq; a patre eius fuisse demonstrauit. His conspectis Tereus ad Ikingendum eusem accurrit ut eodem filii vicisceretur, quare Deorum consilio Progne in lusciniam conuersa est, ut celerior ad fugam efficeretur: hanc sequens Tereus sic vppa, quam, cum esset tardior, allequi non potuit. Philomela versa est in hirundinem, & Itys in phasianum, quix omnia in Thracia iuxta Daulim oppidum contigerunt, ut ait Stra. lib. 9. Hanc fabulam breuiter explicauit Virgil. ita in Sileno;

Aut ut mutatos Terei narrauerit artus.

Quas illi Philomela dapes, que dona parat.

Quo cursu deserta petiuerit, & quibus ante

In felix sua recta superuolitauerit alis.

Quamvis poetico more Philomelam hic dixit, pro Progne. Inde dicta est Aedon, siue Philomela, siue Luscinia eadem Progne, Itym assiduis lamentationibus aduocare, & querulas cantilenas in sylvis effundere, ut ait Homer. lib. 7. Odyss. in his;

αὐτὸς δέ τε πολυπόνος οὐρανῷ χλιδεῖσιν δέδει
αὐτὸς δύσποτε λαρυγγὸς εἰς αὔρην,
αὐτὸς δέ πεταλοῦσα κατεψηφίσας αὐτούσιον.
εἰς δέ τοντονά τοντονά τοντονά φονή,
παῖδες διαφραγματεῖσθαι φόνη.
Sic canit, ut vernois arrident toribus arua,

Et

Mythologiarum

Et primi surgunt Zephyri, Pandione nata :
Considens rānis florentibus arboris alta.
Mille modis varians vocem, cum sylva querelis
Personat, & flet Irym dilectum.

Inde vero effectum est, ut querulam auem Iouis nuntiam vocauerit eam
Sophocles in Electra, cum veris nuntiis sit, & caloris moderatā aduenientis: sic enim inquit :

Nenit, l. τοῦτος πός
αγαπάεινται οὐδέποτε.
20 μάλιστραί τοι τούτοις φύγει
τούτοις τούτοις εἰσπρέπεια
τούτοις τούτοις εἰσπρέπεια.
Domens, qui miserabiliter
Parentum extictorum obliuiscitur.
Sed mihi flebilis concussit mentem,
Quæ Irym semper Irym queritur
Avis querula Iouis nuntia.

Hæc ea sunt, quæ de Tercio, eiusque vxore ac filio fabulosè tradita sunt ab antiquis: quæ nulla ex parte omnino vera esse possunt, sed ut pleraq; fieri consuerunt ad hominum utilitatem confusa. Neque enim naturæ lex patitur, neque dicentibus animus hominis assentitur, quod homo aliquis repente in tani diuersam à se formam commutetur. Quod Tereus Thraciæ, & illis locis, qui fuerunt à Daule supra Cherroneam imperarit, quod Progne Pandionis & Zeuxippes filiam vxorem duxerit, quod ex illa Irym suscepit, quod vim etiam Philomelæ intulerit, id non dissentit adhuc à veritate; & quod in eius iniuriaz celerrimæ vitionem Progne filium ceciderit, ac patri epulandum dederit. Quid enim horum quod fieri non potuerit at quod omnes hi in aues versi euoluerint, illud proflus fabulosum est: quippe cū Terei sepulchrū nō procul à Scopulo, qui Mergi fuit vocatus, gue Aethyzi Mineruzy, cretū fuerit in agro Atheniensi, ut ait Paul. in Atticis. Enimvero, quia illæ mulieres post eam cedem Athenas ad patrem celestime confugent, idcirco fixerunt poeta illas ob meorem & luctum eorum quæ gellent ac passæ fuerant in aues foissæ mutatas. Deinde cum pupa per id tempus primum Daule visa fuerit, fabulati sunt Tereum in eam auem foissæ conuersum. cum mulierum altera Hirundo, altera luscinia facta dicitur, quia veraque avis edat cantus ac voces miserabiles & lugubres. Est enī ea vis sonorum, ut qui etiam nullam vocem referant, tamen nunc ad hilaritatem, nunc ad tristitiam animi nos impellant: quoniam anima hominum ex numeris composita, ut senserunt Pythagorici, tacillimè sonū harmonię persentit, & vocibus ac sonis etiam nihil significantibus, sed ad quandam rationem numerorum spectantibus, quæ titillatione quadam, celestime ad utrumque motum irritatur. Hæc ipsa ratio numerorum plurimum conferit etiam in oratoria facultate; quoniam non solum sententia, sed etiam sono vocis tardiores animi impelluntur; aut concitati plus quanto refrenantur. Sic etiā poeta per carminum harmoniam animos militum inflammasse in bellum antiquitus dicuntur, & multa instrumenta musica inuenta sunt in castris, quorū strepitu milites ad pugnam incitaretur. Verum quod attinet ad mores, per hanc fabulam significare voluerunt antiqui id, quod paulo ante dicebam;
30 magis

magis formidandas esse viro bono se prudenti, voluptatum titillationes, quam hostium minas. Quippe cum nulla sit ciuitas tam felix, nullum tam potens regnum, ulla tanta tamque recta vel natura, vel amicitia conjunctio, nulla tam firma praesidia, quae libido & intemperantia non possit infringere: omnium siquidem libidinum, omnisque laicitia carnes, eximia, exilia, egellas, presentiumque bonorum iacturæ sunt comites. At nunc de Medusa dicamus.

De Medusa.

Cap. X I.

16

Medusa etiam ob libidinem & Veneris immoderatum desiderium acerbissimum Deorum iram in se convertit, cum vel in templo Minerum Neptunum palla sit. fuerunt complures hoc nomine vocatae mulieres, nam & una ex filiabus Priami, & una ex Stheneli ac Nicippes Medusa vocata est. at ea, quæ celebratur a poetis, ut sit Paus. in Corinthiacis, filia Phorcii fuisse dicitur: cuius quæ fuerit mater non constat, cum quidam marini cuiusdam monstri filiam fuisse inquietant. Propter violatum igitur templum, cu[m] piaculum ibi commissum fuisse, irata Dea ne tantum scelus inultum esset, eamam primum, propter cuius pulchritudinem Neptuno placuerat, in serpentes conuertit: deinde dedit illi hanc vim, ut quicunque illam aspiceret, 20 ferent lapides; quod innuit Ouid. lib. 1. de Ponto;

Ipsa Medusa oculis veniat licet obvia nostris;

Amitter vites protinus ipsa suas.

Deinde cum multos homines in lapides verteret, & ingenti clade populos iuxtam Tritonidem paludem habitationes afficeret, Deorum misericordia Perseus Iouis Danzesq; filius ad eam obtruncandam mittitur. Ille acceptis a Mercurio calaribus & falcato ense, a Pallade scuto, vnico ictu caput eius amputauit, quod postea gestauit Pallas suo scuto affixum. Diomachus Andromedam ceto expolitam a Perseo liberatam fuisse scribit, cum is ostendo capite Medusæ cetum in lapidem vertisset. at Isacius non eam fuisse causam Medusæ calamitatis commemorat, sed Medusam inquit fuisse filiæ Pihæ omnium mulierum sive statis pulchritudinem, quæ cum magnopere capillorum pulchritudine praesertim glorizaretur, seq; vel Pallade pulchriorem affirmare, auderetque de forma vel cum Deo contendere, alias Perseum ad illam misit, Gorgonemque monstrauit in pictura Sami, ubi ciuitas fuit ex illa re Dicterium vocata. Verum ut ad Perseum redeam, qui superius missus fuerat Deorum misericordia ad illam obtruncandam, quis multos homines in saxa conueteret, Perseus primum ad Peplirado & Enyo Phorcidas vocatas accersit, quæ vetulæ erant a nativitate, & Gorgonum sorores. Ab illis igitur vnicum oculum, quo illæ vicissim vtebantur, & vnicum dentem mutuo accepit; neque prius illis reddidit, quam ad Nymphas ipsum deduxissent. tum acceptis calceis volucribus nympharum, & pera hue sacculo, galeazq; Plutonis, & adamantina falce Mercurii, & speculo Palladis volans ad Tartellum ciuitatem Iberiz ad ipsas Gorgones peruenit: quæ capita habebant serpentibus implicata sequimbois, dentes quanti sunt magnorum aporum, manus ferreas, & alas, quibus volabant. sic igitur ad has volauit Perseus, quæ dormientes inuenit: atque Medusæ caput in speculo aueros insuens Pallade manum dirigente amputauit. Ex capite Medusæ defecto Pe-

30

40

K k k gafus